1556

nibus ac bonis suis gnalr omnibus totaliter et gl̃enanc in eos furando etc
subjaciendo gratanter libere pure ac ex̃p stan recognovit Quidqe
Nobis Helena Jadwigowna Nobis Braniky Jadwigi cum Nobis Marina
consorte ipso legitima procreatis filiis Suis Veris Recognoscentibus consorti
legitimis eiusq posteris summam centum Quinquaginta florenorum polon
ratione Dotis et expedicionis post ipsa accepta et indonum Duarum
portatis nec non aliam similem summam centum Quinquaginta flore
polon ratione Tertiae veri iusti et legitimi totalitij in et super total
et integra medietate omnium gnalium bonorum hereditariorum et obligatio
num mobilium et immobilium summarumq quarumvis pecuniarum nec
non auri Argenti Monetarum Unionum Margaritarum Vestium Ve
stimentorum tum Panni Cupri Aris Orichalci Equorum Equitiorum Pecu
rum Armorum ac totius Supellectilis Domestici nunc habitae et in post
haberis vigq tunq fama et materia exors dicit dotalit dotalitia
quit inscripsit et reformavit prout dat dotalitiat dotat, in scripsit
et Reformat Scientibus Petro Jan Notario Hadriano Jadwigowna
una sui Recognoscentis posteris legitima eiusq posteros eandem
medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Universis eorum Utili
tatibus et Usufructibus prospectantibus et provenientibus tenendi habendi
et possidendi Illisq quiete et pacifice Utifruendi ac ad suos
suorumq Usus pro tunc bene placitos bonis fructus libere et effec
tualiter convertendi Vigore ac more aliarumq Reformationum hactenus
et deinceps in Regno observandarum dotalitiarum Generis sua Recognitione
ad quam missa omnia mediante.

M: Madalinski et Famuli eius G. Fredro Subdapiferi Podo lae Quietant.

Coram Inclyto Stanislao Zurowski Pincerna et Vicepalatino
Podmiskiensi in Curia Magnifici Martini de Niedzielisko Madalinski
Capitanei sua per Exp Subdelegato munus hoc Subdelegationis
sibi inscripti magnifica libere confirmantes Officiorumq et Actis per
eadem Capitaneatus Podmiskiensis comparens personaliter idem Ma
gnificus Martinus de Niedzielisko Madalinski capitaneus loci
per Scientis atq Notitiis Theodori Kierski et Stephani Kempin

obli

Sui eiusq Magci Capitanei Premisliensis famuli Sanimentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet secum successoribus ac bonis suis quatenus omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Generosum Stanislaum Fredro Subdapiferum Podoliae eiusq posteros de Protestatione certa per se Recognoscentes contra eundem Generosum Fredro occasione per ipsos caeterosq inculpatos in eadem protestatione expressos sub tempus Incursionis Scythico Cosaticae in Oris Palatinatus Russiae novissime grassantis in Civitate praesenti cum Armis et in armis strictisq frameis tumultus excitationis personarum tam Equestris quam Plebeiae Conditionis per Vicos et Plateas strictis frameis insecutionis Custodum Portae Leopoliensis ex eadem porta dis percussionis praefatae Nobilis Siniclii et Olimpinski Convulnerationis ac aliarum violentiarum in eadem Protestatione descriptarum illationis, Idq quoad personam et Interesse solusmet praefati Generosi Stanislai Fredro Subdapiferi Podoliae tantum modo spectat Quietant emittunt dimittunt Liberumq et absolutum perpetuo pronuntiant ex eademq Protestatione praefata Generosum Stanislaum Fredro Subdapiferum Podoliae tantummodo dimittunt et relaxant. Salva nihilominus eadem Protestatione atq obductione vulnerum quoad alios Inculpatos in eadem protestatione expressos prosequutioneq cum ipsis causa ratione praemissarum violentiarum atq Convulnerationis sibi recognoscens plenoinrobore reservata.

10/XI 1667

Feria Quinta Pridie festi Sancti Martini Pontificis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo.